Muscaria exotica Musei Civici Januensis observata et distincta a Prof. CAMILLO RONDANI

FRAGMENTUM III.

Species in Insula Bonae fortunae (Borneo), Provincia Sarawak, annis 1865-68, lectae a March. J. DORIA *et Doct.* O BECCARI

Fam. SYRPHIDAE, LEACH.

Gen. **Volucella** GEOFR.

Sp. — **trifasciata** WDM. *Long.* mill. 13.

♀. « Flavida, abdomine fasciis duabus apiceque nigris: alis macula media apicalique fuscis ». Diagnosis ista Wiedmani convenit exemplari a me observato, tamen in hoc *femora* postica omnino luteo-fulva ut praecedentia, non obscure fusca: *alae* vero praeter maculas duas majores *vittam fuscam* praebent in margine posteriori ad conjunctionem venarum ultimae et penultimae, a Wiedmanio non indicatam: quibus differentiis si constantibus, sp. nostra diversa et vocanda *trizonata.*

Gen. **Eristalomya** RNDN. 1857 (Prodrom. Dipt. Ital. II).

Eristalis auct. *arista nuda vel subnuda.*

Sp. — **orientalis** n. *Long.* mill. 11-12.

♀. *Antennae* nigrae; *facies* flavicans, in medio nigro-vittata: *frons* fusco-obscura brevissime nigro hirta, antice plaga nigro-nitida.

Thorax dorso nigricante, cinerei bivittato, vittis distantibus et antice distinctioribus: lateribus rufescentibus et fulvo-pilosis: pleuris et pectore luteo-griseis. *Scutellum* rufum.

Abdomen flavicans, ima basi et fascia transversa postica

sub-apicali in segmentis tribus sequentibus nigris, nigredine in medio producta anguste, fascias flavas anteriores in duo dividendo: segmentis postice flavo-marginatis.

Alae paulo fuscescentes, stigmate nigricante.

Pedes picei, posticis obscure fuscis.

Gen. **Sphixea** Rndn. 1844 (Nuovi Annali Scienze Nat. Bologna).

Milesia auct. *Venis longitudinalibus secunda et tertia conjunctis prope costalem, et femoribus posticis subtus unidentatis* etc.

Sp. — **Doriae** n. *Long.* mill. 20.

♂. Nigricans, *facie* flavo-sericea; lateribus peristomii, et parte supera productionis frontalis piceo-fuscis, nitidis. *Antennis* fusco-rufis.

Thoracis dorsum vittis duabus griseis parum perspicuis signatum.

Abdomen segmento secundo taenia transversa angusta flava; tertio et quarto fascia latiuscula rufa prope basim ornatis: apice late rufescente, segmentis duobus ultimis postice grisei laeviter subtomentosis.

Alae dilutae fuscae, apice nigricante, disco partim flavido.

Pedes rufo-fulvescentes, basi femorum anguste, tarsis anticis totis, posticis late nigricantibus.

Gen. **Xylota** Mgn.

Sp. — **nigroaenescens** n. *Long.* mill. 11.

♂. *Antennae* nigrae: *Thorax* dorso dilute grisei bivittato.

Abdominis segmenta secundum et tertium maculam latam dorsualem nigro-opacam praebentia, macula segmenti secundi subtrigona, postice dilatata.

Alae paulo fuscae, praesertim in parte apicali, costa interius anguste sub-flavida, extrinsecus angustissime nigra.

Pedes nigri, tibiarum omnium basi rufescente; tarsorum anticorum medio, et intermediorum articulis tribus basalibus luteis.

Calyptra albicantia — *Halteres* albi.

Gen. **Syrphus** Fab.

Sp. — **neglectus** Wdm. *Long.* mill. 8.

♂. « Niger, thorace utrinque, scutello, fasciis abdominis lineas nigras includentibus, antennis, pedibusque flavis » Wdm.

Patria Wiedmanio ignota.

Sp. — **salviae** Fab. Wdm. *Long.* mill. 11.

♂. « Flavus, thoracis dorso, incisurisque abdominis nigris » Wdm.

Sp. — **infirmus** n. *Long.* mill. 7-8.

♀. Similis et proximus *S. aegroto* Fabr. cum quo notas sequentes communes possidet.

« Caput nigrum: ore albo, linea media nigra: thorax niger, scutello flavescente: alae albae fascia lata nigra » tamen sp. nostra distincta abdomine diverso modo picto, nam *S. aegrotus* fascias tres flavas praebet, quarum prima interrupta, et *infirmi* nostri abdomen fascias tres latas integras, neque emarginatas, et in segmento ultimo maculam in utroque latere possidet.

Aliae notae sunt. *Antennae* nigrae. — *Pedes* quatuor anteriores rufi, femorum radice, et tarsorum apice late nigricantibus; postici toti nigro-picei. — *Alae* vero nigrae, apice late, et areola ante basim, et ibi etiam margine postico hyalinis decoloribus.

Fam. MUSCIDAE.

Stirps. TACHININAE, Rndn.

Gen. **Megistogaster** Macq.

Sp. — **costatus** n. *Long.* mill. 12.

Caput facie, genis et orbitis albicante sericeis; fronte, antennis et palpis nigris.

Corpus atrum, *thoracis* pleuris et pectore sub albicantibus: *abdominis* segmentis nigro-piceis, postice fascia atro-opaca marginatis.

Alae costa tota, late, et determinate nigra, postice sublimpidae.

Calyptra sordide alba, squamis inferis sat latis.

Gen. **Rhynchomyia** Desv.

Sp. — **indica** n. *Long.* mill. 10.

♀. Laete viridi-metallica. *Caput* cum orbitis flavofulvum, vitta frontali nigricante.

Antennae ut *palpi* rufae.

Thorax pectore, et pleuris partim albo nitentibus. — *Abdominis* segmenta duo intermedia maculam dorsualem sat latam nigro-sub-violaceam, sub-trigonam praebentia; ultimum maculam mediocrem sub-rotundatam pariter nigro-violaceam possidet.

Alae paulo flavicantes apice fusco, costa et basi sub-fulvis.

Calyptra squamis superis rufescente-luteis, inferis albidis.

Pedes nigricantes, femoribus paulo virescentibus, tibiisque basi piceis.

Stirps. DEXINAE, Rndn.

Gen. **Sarcophaga** Mgn.

Sp. — **emigrata** n. *Long.* mill. 11.

Similis pluribus auctorum tam europeis quam exoticis, sed insufficientia descriptionum, nemini certe referenda, inde tamquam novam eam describo.

♂. Nigricans, *thoracis* dorso ut in congeneribus cinerei quadrivittato, et *abdomine* grisei indeterminate tessellato: *Caput* facie albo-sericea, fronte cum orbitis paulo flavescente, genis ante oculos vix setulam aliquam exilissimam praebentibus.

Thorax lateribus, pectore, et scutelli margine paulo cinerascentibus.

Abdominis segmenta duo basalia in dorso setis destituta, lateralibus duabus inequalibus; segmentum tertium setis

duabus dorsualibus, et tribus ad unumquodque latus: anum nigro-nitidum, genitalium segmento tantum apicali porrecto.

Alae sub-limpidae; vena quinta angulo sub-acuto cubitata: quarta basi brevissime setulosa circiter usque contra apicem primae longitudinalis. — *Calyptra* alba.

Pedes nigricantes femoribus anticis extra late cinerei vittata, quatuor posterioribus inferne modice villosis et macrochetis praeditis, tibiis posticis intus paulo barbatis.

Gen. **Cynomyia** Desv.

Sp. — **fulviventris** n. *Long.* mill. 15.

♂. Viridi, cyaneo, et violaceo, sub-metallica.

Caput flavo-sub-aureum, vitta frontali angusta nigricante: antennis et palpis fulvis, cum rachide aristae.

Thorax cum scutello viridi-cyanescens, humeris, pleuris et pectore paulo griseis.

Abdomen caeruleo-metallicum, apice et paulo ad latera nigro-pilosum, ventre fulvescente et fulvo-piloso.

Alae infuscatae, basi et costa fuscioribus, area prope basim dilutiore. — *Calyptra* fuscescentia.

Pedes nigri, coxis anticis fulvis: femoribus crassis, posticis crassioribus et incurvis, intus cum tibiis dense villosis etc.

Stirps. MUSCINAE, Rndn.

Gen. **Compsomyia** n.

Lucilia prt. et Calliphora prt. Desv.

Genus distinctum a *Luciliis*, *Calliphoris*, *Phormiis* et *Polleniis* Desv.

Peristomii margine inferne pubescente vel piloso, non setis etiam praedito, et carinis facialibus non ciliatis.

Ab uno quoque vel alio generum affinium difert: faciei lateribus contra oculos neeque superne setulosis: vena secunda longitudinali ultra transversam intermediam sat producta; et vena quinta angulatim non arcuatim flexa.

Genus *Compsomyia* sic definitum continet species plures

exoticas et aliquas europeas, quales sunt *Calliphora vomitoria* Lin. et *Lucilia flaviceps* Macq. 1835 (S. B.) (1).

Compsomyiae Borneanae a me observatae sunt:

Sp. — **dux.** Wdm. *Long.* mill. 8-9.

♀. Viridi aurea. — *Caput* flavum; antennis brunneis basi lutescentibus: palpis rufis: fronte nigra paulo grisei adspersa.

Abdominis segmenta suturis caeruleo-marginatis — *Calyptra* luride lutea.

Alae sublimpidae — *Pedes* nigri etc.

Sp. — **accincta** Wdm. *Long.* mill. 8.

♀. « Aureo-viridis. — Abdominis segmento primo apicibusque sequentium chalybeis: Antennis fuscis » Wdm. — adde:

Palpi rufi: *Frons* et *Genae* fuscae albogrisei nitentes, fovea faciali, carinis et spatio contiguo lutescentibus. *Frontis* vitta intermedia antice magis perspicua, nigra.

Thoracis latera parum, et abdominis dorsum praesertim postice, magis cinerei adspersa.

Alae sublimpidae — *Calyptra* albicantia.

Pedibus nigris, femoribus extrinsecus paulo submetallicis.

Sp. — **caeruleovirens** n. *Long.* mill. 8.

♀. Caerulei sub-virescentis metallici nitens, incisuris abdominis nigro-sub-violaceis.

Frons nigro-opaca, antice lateribus paulo griseis ut *genae* et latera *faciei*, in qua macula adest rufescens ad unumquodque latus foveae intermediae prope *epistomium*.

Antennae nigricantes — *Palpi* testacei apice fusco. — *Alae* sublimpidae, basi angusta nigricante: *Calyptra* infuscata.

Pedes nigri, femoribus extrinsecus atro-nitidis.

Sp. — **violaceinitens** n. *Long.* mill. 9.

Cyanei et violacei versicolor.

(1) Sp. *flaviceps* ejusdem auct. 1845 (Dipt. Ex.) nomine diverso nuncupanda, inde eam voco. *Macquartii* mihi.

Antennae nigricantes — *Palpi* testacei.

Frons nigra opaca, antice lateribus paulo griseis: *Facies* lateribus lutescentibus grisei adspersis, genis inferis nigro nitidis, pallide pilosis: carinis facialibus elevatis, flavis.

Alae sub-limpidae, venis paulo fusco-marginatis: quintae longitudinalis angulo (in specimine observato) appendice praedito.

Calyptra luride sublutescentia.

Pedes nigri, femoribus extrinsecus cyanei nitentibus.

Gen. **Somomyia** Rndn. 1861. (Prodr. Dipt. Ital. IV).

L u c i l i a prt. — C a l l i p h o r a prt. et P h o r m i a Desv.

Peristomii margines inferne setigeri.

Carinae faciales plus minusve late et breviter ciliatae.

Vena secunda longitudinalis sat producta ultra transversam intermediam: vena quinta angulatim non arcuatim flexa etc.

Generi isto spectant *Calliphora erythrocephala* Mgn., et *Luciliae* plures, cum *Phormiis* europae, et species variae exoticae, aliis generibus auctorum pertinentes, inter quas Borneanae.

Sp. — **xanthomera** n. *Long.* mill. 13-14.

Corpus violaceo-sub-metallicum, thoracis dorso et abdominis segmento ultimo viridi versicoloribus.

Caput fulvo-sub-aureum, fronte nigra opaca: antennis et palpis rufis.

Alae infuscatae, praesertim in parte apicali et circa venas: *Calyptra* sordide lutescentia.

Pedes coxis rufis, femoribus late fusco-rufescentibus, tibiis anticis piceis, posterioribus cum tarsis omnibus nigris.

Gen. **Plinthomyia** n.

O c h r o m y i a prt. Macq.

Peristomii margines inferne setis ciliati.

Latera faciei superne non setulosa.

Carinae faciales setulis non ciliatae.

Vena secunda longitudinalis circiter contra transversam in-

termediam, non sat ultra producta: vena quinta arcuatim, vel angulo late rotundato flexa etc.

Sp. — **emimelania** n.

Testacea, fronte et thoracis dorso ferrugineis.

Abdominis segmentum primum linea suturalis; secundum medietate posteriori, cum duobus ultimis totis nigris subcaeruleis.

Alae dilutissime fusco-lutescentes, costa paulo saturatiore et puncto fusco notata contra apicem venae primae: venula transversa intermedia nigricante limbata et sat obliqua, fere extra apicem sita secundae longitudinalis: vena quinta angulo latissime rotundato flexa.

Pedes rufescentes, tibiis posticis cum tarsis piceo-rufis.

Pictura abdominis, et praecipue vena quinta alarum angulo sub-recto cubitata, spec. *ferruginea* Doleschallii a nostra diversa, et Generi typico *Ochromyia* referenda.

Gen. **Musca** Lin. et auct. omnes.

Sp. — **scapularis** n. *Long.* mill. 5-6.

♂. Habitu, statura et oculis maris in fronte arcte coherentibus similis *corvinae* europeae, sed ab hac et ab affinibus sat distincta, thoracis dorso non grisei et nigricantis quatuorvittato, sed fasciis duabus longitudinalibus, remotis, antice latis, postice attenuatis et in marginibus scutelli productis, nigris, ornato: et abdominis segmento tantum secundo luteo-sub-diaphano, non etiam tertio partim vel toto ad latera lutescente: Scutello quoque toto griseo in medio, non nigricante.

Caeteri characteres circiter ut in congeneribns, scilicet, antennae, palpi, et pedes nigri; facies albidi nitens; abdominis segmenta ultima fusci et grisei sub-tesselata, vitta longitudinali media, in dorso, nigricante. Alae sublimpidae. Calyptra paulo infuscata etc.

Gen. **Stomorhyna** Rndn. 1861 (Prodr. Dipt. Ital. IV).

Idia auct.

Sp. — **muscina** n. *Long.* mill. 6.

♂. Nigro-aenescens: *facie* atra nitidissima, genarum vitta et *antennis* fusco-rufescentibus; peristomio lutei piloso.

Thorax lateribus fulvo pubescentibus.

Abdomen ventre toto et fasciis maculisque dorsualibus sub hyalinis, luteo-albidis: segmentis duobus primis pallidis, limbo postico nigro-marginato: tertio nigro-aenescente macula pallida ad unumquodque latus: ultimo nigro sub-virescente.

Alae sublimpidae, basi et costa paulo fusco-luteis, et macula fusca costali ad apicem venae tertiae: Calyptra infuscata, squama supera obscuriore.

Pedes nigri, coxis anticis, tibiarum et tarsorum praesertim posteriorum basi late flavescentibus etc.

Fam. ANTHOMYDAE, Rndn.

Stirps. ANTHOMYINAE, Rndn.

Gen. **Caricèa** Desv.

Coenosia (prtm.) antennis arista pilosa nisi plumata: venula transversa intermedia sat extra apicem secundae longitudinalis sita etc.

Sp. — **leptosoma** n. *Long.* mill. 6–7.

♂. *Antennae* luteo-fulvae, arista nigro-pilosa.

Palpi fulvescentes, apice fusco.

Frons grisescens, vitta intermedia nigra.

Facies ut latera capitis retro oculos, albicans.

Thorax, cum scutello, in dorso griseus, vittis duabus sat latis, postice attenuatis et in lateribus scutelli productis, subferrugineis: pleuris albo-griseis.

Abdomen luteo-rufescens, vitta dorsuali, et tessellis duobus in singulo segmento (basalibus exceptis) obscuris: et paulo ad suturas albidinitens.

Calyptra albicantia — *Halteres* luteo-flavidi.

Pedes fulvescentes, tarsis apice fuscis.

Stirps. ORTALIDINAE, Rndn.

Gen. **Senopterina** Macq.

Dacus (prtm.) Wdm.

Sp. — **labialis** n. *Long.* mill. 7.

♂. Proxima *Daco aeneo* Wiedm.: sed notis variis diversa et praecipue antennis nigris non fusco-rufis; colore corporis nigro coerulescente et virescente vario, non toto aeneo viridi etc.

Caput nigrum cinerei paulo adspersum: epistomii margine rufo-testaceo: antennis nigris, articulo penultimo ad apicem paulo rufescente: fronte cyanei aliquantulum nitente.

Thorax humeris et pleuris partim albidi adspersis: scutello nigro-virescente.

Abdomen fusco-viride, segmentis ad latera albidi versicoloribus.

Alae sub-limpidae, costa in medietate apicali, basi, et vitta longitudinali intermedia basi innixa, nigris. — *Calyptra* parva albida. — *Halteres* pallidi capitulo fusco.

Pedes nigri nitidi, geniculis summis rufescentibus.

Sp. — **zonalis** n. *Long.* mill. 8.

♀. Corpus nigrum, partim sub-violaceum: thoracis dorso flavidi puberulo, vittis duabus longitudinalibus nigris nitidis; scutello subrufo flavidi adsperso.



Ala *Senopterinae zonalis.*

Caput rufum; fronte nigra, orbitis angustis et genarum lateribus albo-nitentibus: foveis facialibus nigro vittatis.

Antennae articulo ultimo nigricante, primis et areola radicali in fronte rufis.

Abdomen segmentis intermediis ad basim albicantibus.

Alae sub-limpidae, costa tota anguste nigricante, nigredine in apice latiore.

Calyptra parva albida. — *Halteres* stipite pallido, capitulo fusco.

Pedes femoribus fulvo-testaceis, apice obscuro; tibiis tarsisque nigricantibus.

Gen. **Hemigaster** n. (1).



Hemigastri abdomen.

Arista pilosula. *Praelabrum* detectum, transversum, angustum, *antennae* ut in *Megaglossis*.

Thorax latior et longior abdomine.

Abdomen dorso sat elevato, segmentis duobus tantum superne distinctis (basali et apicalibus tectis) anteriore postice emarginato, sequente postice rotundato, clypeiforme.

Scutellum setis distinctis marginalibus déstitutum — *Calyptra* lata.

Alae venula transversa intermedia magis proxima primae interiori quam exteriori: areola basali postica manifeste breviore praecedente — *Pedes* nudi.

♀. *Oviductum* apicale, porrectum, sub acuminatum.

Sp. — **albovittatus** n. *Long.* mill. 7.

♀. Niger, *capite* fulvescente, macula lata faciei intermedia, inferne dilatata et epistomium cingente: vitta laterali sub-oculos; et fasciis duabus latis transversis in fronte, nigris.

Antennae basi rufescentes, articulo ultimo late fusco. — *Palpi* rufi.

(1) Istud et genera duo sequentia, *Megaglossae* Rndn (*Platystoma* auct.) affinia, sic notis praecipuis distinguenda.

A. Epistomium margine excavato, praelabro detecto.

B. Abdominis segmenta quatuor plus minusve lata in dorso distincta.

Gen. **Megaglossa** Rndn.

BB. Abdominis segmenta duo tantum in dorso distincta.

Gen. **Hemigaster** n.

AA. Epistomium margine non excavato, praelabro abscondito.

C. Abdomen superne biannulatum, segmento anteriore transverso angusto, ad latera producto; posteriore conico, convexo.

Gen. **Elachigaster** n.

CC. Abdomen segmentis duobus transversis superne distinctis; anteriori sat angusto ad latera non producto: sequente lato, depresso.

Gen. **Ditomogaster** n.

Thorax cum scutello niger, macula lata pleurarum, dorsi vittis tribus ad unumquodque latus albis: una brevissima ante radicem alarum; secunda a margine posteriori ascendente ultra medium thoracis: tertia in margine posteriori posita, et in lateribus scutelli elongata — *Calyptra* alba.

Abdomen atrum, segmento anteriore postice albo marginato: ventre sub-inflato rufescente: oviducto sub-apicali nigro piceo, elongato sub-acuminato.

Alae costa ab apice venae primae ad apicem quartae nigricante; areola stigmatica nigriore: ad basim paulo lutescentes. *Pedes* nigri, metatarsis albis.

Gen. **Elachigaster** n.

Arista pilosa, et in caeteris *antennae* circiter ut in *Megaglossa*.

Epistomium margine non excavato, et praelabro abscondito.

Thorax sat major et longior abdomine.

Scutellum setis 8 circiter marginalibus ciliatum.



Elachigastri abdomen.

Abdominis sat parvi segmenta duo tantum superne observanda: anteriore transverso, ad latera producto: posteriore convexo, conico: ♀ oviducto infero, crassiusculo, non ultra abdominis apicem producto. — *Calyptra* lata.

Alae venula transversa intermedia circiter aequidistante ab exteriori et a prima interiori: areola basali postica brevior anteriore.

Pedes vix puberuli.

Sp. — **albitarsis** n. *Long.* mill. 5.

♀. Atro-nitens, antennis fuscis subrufescentibus:

Frontis linea exili anteriori, maculis duabus intermediis, et limbo occipitali luteo-flavidis: ut fascia retro oculos in parte infera exteriori capitis.

Calyptra alba. — *Halteres* flavi.

Abdominis segmentum anticum nigro-hirtulum.

Pedes nigro-nitidi, tarsis basi late albis.

Alae sub-limpidae, a medio ad apicem transversim fusco trivittatae, prima in areola stigmatica obscuriore et latiore: ante medium inter venas tertiam et quartam, macula fusca notatae sunt.

Gen. **Ditomogaster** n.

Epistomium margine non excavato, et praelabro abscondito. — *Antennae* circiter ut in *Megaglossa*, et arista ut in Gen. praecedentibus pilosa.

Scutellum setis circiter *10* marginalibus ciliatum.

Abdomen inflexum, segmentis duobus tantum, transversis, superne observandis; anteriore angusto, ad latera non producto; sequente sat latiore, depresso: ♀ oviducto apicali, porrecto, acuminato. — *Calyptra* lata.

Alae, areola basali postica brevior anteriore.

Pedes pubescentes.

Sp. — **xanthomera** n. *Long.* mill. 8.

Niger, *capite* flavido, vittis duabus nigro-nitidis in fovea faciali: fronte in medio nigricante, maculis duabus obscurioribus prope oculos in parte verticali.

Antennae articulis basalibus rufescentibus, ultimo fusco. — *Palpi* fusco-picei.

Thorax ad latera fascia lata, et in dorso vittis duabus paulo incurvis luteo-flavidis ornatus. — *Calyptra* pallide flava.

Halteres rufescentes.

Abdomen segmentis postice fulvo-marginatis.

Alae extrinsecus dilutissime sub-fuscae; basi paulo flavescente: costa inter venas secundam et quartam obscure fusca, macula supra venulam transversam intermediam fusciore.

Pedes femoribus rufis, tibiis fuscis, tarsis rufescentibus, superne albo-nitentibus, apice nigricante.

Gen. **Chelyophora** n.

Epistomium non productum, nudum, peristomio tantum ad latera paulo setuloso.

Proboscis labiata, nec exilis nec cubitata.

Palpi paulo lati et compressi.

Antennae mediocres, basi contiguae, articulo ultimo nec distincte concavo superne, nec apice mucronulato; et praecedentibus brevissimis quadruplo saltem longiore.

Arista distincte pilosa.

Alarum venae longitudinales secunda et quarta fere usque ad apicem breviter sed crebre ciliata: quarta et quinta ad apicem paulo divergentibus: quintae segmentum penultimum distincte longius praecedente: Areola basali postica angulo infero sat elongato.

Pedes femoribus, praesertim anticis, subtus setigeris. — ♀. Oviductum elongatum, retro attenuatum.

Sp. — **borneana** n. *Long.* mill. 6.

♀. Flavescens, *thoracis* dorso maculis septem nigris ornato, scutelloque late nigro trimaculato: thoracis macula media latior longa et antice acuminata: duobus lateralibus anticis subtrigonis: duobus retro positis elongatis marginem posteriorem thoracis non attingentibus; ultimis duabus, prope alas, elongatis, et usque ad scutellum productis, ibi paulo dilatatis. Metathorax basi sub scutellum anguste nigro-nitidum.

Abdominis segmenta 2 et 3 linea fusca marginata: oviducto nigricante, prope basim transversim rufo-fasciato.

Alae sub-limpidae, margine anteriori extrinsecus et fasciis transversis, in medio alae fulvescentibus, in limbo fuscis: fasciola prima angusta ante basim: fascia lata a costa ad marginem posteriorem ducta inter venulas transversas intermediam et primam basalem: fascia mediocris a margine posteriori ascendens, venam transversam exteriorem includens sed venam quartam longitudinalem non attingens: fascia lata marginalis a transversa majore oriens costam usque ad apicem occupat, et ibi furcata, ramulo infero furcae marginem posteriorem attingente.

Pedes toti flavo-lutescentes.

Gen. **Themara** Wlk.

Notis pluribus *G. Acydiae* Desv. simile, tamen distinctum, vena longitudinali tertia distincte undulata: secunda in costali fere sic distante a prima ut a tertia, et producta ultra transversam intermediam, non primae satis proxima et costalem attingente ante transversam intermediam: Arista quoque distincte subplumata non pubescente tantum etc.

Sp. — **hirtipes** n. *Long.* mill. 7-8.

♂. Similis habitu *T. latae* Walk. sed distinguenda.

1. Vena quarta alarum sub-recta, aut vix paulo incurva, sed non undulata ut praecedens tertia.

2. *Alarum* maculae tres costales, albae ut tres marginis posterioris, non costales luridae.

3. Macula alba penultima marginis posterioris usque ad limbum alae producta, non contra venam sextam sistens.

4. Gutta alba disci, perfecte contra venam transversam exteriorem sita, non distincte extra.

Praeterea *Genae* albidi nitentes. — *Metathorax* fusco-bivittatus. *Abdominis* segmentum primum totum, tria sequentia margine posteriore plus minusve late, flavo-luteo; lutescentia in medio nunc parum nunc satis dilatata: ultimum saepe maculam luteam praebet.

Pedes femoribus subtus pilosis et setigeris, anticis, praesertim in mare, dense hirtis, et tibiis propriis intus breviter sed crebre ciliatis.

Sp. — **ypsilon** n. *Long.* mill. 6-7.

♂. Luteo-pallida; *palpis* testaceis; *occipite* nigro-bivittato: *thoracis* dorso nigro-quadrilineato, lineis intermediis integris, lateralibus ad medium flexis et perpendiculariter in pleuris continuatis: metathorace nigro-nitido, vitta intermedia lutescente, et nigredine ad latera versus coxas producta, sub bifida.

Abdominis dorsum segmentis quatuor nigris margini posteriori luteis, nigredine vel postice incisa vel anguste in medio interrupta.

Alae tertia parte apicali, vitta longa ad basim, et fascia intermedia obliqua antice bifida in formam Y. fuscis: costa et spatio ad ramulos Y. flavidis, alibi decolores.

Pedes pallide lutei, tibiis posticis late ab basim paulo obscuris: femoribus etiam anticis subtus parce et exiliter setulosis, tibiis brevissime subciliatis.

Difert etiam a congeneribus, vena tertia longitudinali parum undulata, et quarta vix paulo incurva etc.

Gen. **Rioxa** Wlk.

A *Themara*, *Acydia*, et generibus proximis facile distinguenda.

Arista superne ciliata, saltem distinctius.

Vena longitudinali secunda costalem attingente sat longe a prima, inde valde proxima tertiae.

Areola basali postica apice non excavato, nec angulo infero producto, sed oblique sub-recto etc. ♀. Oviducto vix breviore abdomine.

Sp. — **erebus** n. ?

lanceolata? Wlk. var.? quae sic descripta « cervina, thorace nigro-quadrivittato: *Abdomine* nigro, vitta dorsali cervina: *Pedibus* testaceis: *Alis* nigricantibus, striga discali guttisque quinque albis » sed specimen masculum a me observatum, antennas, genas, frontem antice, pectus cum pleuris et metathorace, femora postica tota, et intermedia basi, nigra vel nigricantia praebet; tamen Sp. *lanceolatae* sat variabili ut dicit Cl. Walker, referendum esse cogitarem nisi aliis notis etiam diversum, scilicet: vitta cervina abdominis producta usque ad apicem segmenti penultimi, non parum ultra segmentum 2.m Alarum vittae et guttae albae numero, forma et positione diversae: seu striga discali duplici non simplici, quia a vena tertia in duas divisa; antice venae secundae innixa; non inter quartam et quintam posita, inde gutta alba discoidali non in eadem linea sita: gutta ante venam tranversam exteriorem nulla: praeterea in nostro

puncti duo albi adsunt ad apicem venae primae in costa, et aliud inter venas quintam et sextam prope areolas basales etc.

Sp. — **nox** n.?
lanceolata? Wlk. var.?

♀. Similis *R. erebo* et *lanceolatae* sed ab illa, aut ab ista diversa notis sequentibus:

Caput totum lutescens, antennis nigricantibus sed basi luteis.

Thorax praeter dorsum etiam pleuris et pectore cervino et nigricante vittatis.

Abdominis striga, et pedum color ut in *R. erebo.*

Alae striga discoidali et punctis parvis destitutae, sed guttis quatuor, una contra apicem venae secundae longitudinalis: secunda extra et contra transversam intermediam: tertia contra transversam exteriorem; quarta sub-apicali.

Oviductum longitudine fere abdominis, gradatim attenuatum, atro-nitidum.

(*Nota*). Donec et usque varietates interpositas cognoscam, quibus duas *Rioxas* hic descriptas conjungantur, eas tamquam distinctas species considerare debeo.

Gen. **Acanthipeza** n.

Antennae longiusculae, angustae, articulo ultimo dorso subrecto, et apice non mucronulato.

Proboscis labiata, nec exilis, nec geniculata.

Alae venis secunda et quarta brevissime subciliatis: secunda sat ante transversam intermediam costalem attingente, et longe ab apice longitudinalis tertiae: quintae segmentum penultimum distincte brevius praecedente, et sub aequale ultimo: areola basalis postica sat brevior anteriore, et angulo infero apicali acuminato-producto.

Pedes nudi, femoribus, praesertim intermediis, subtus, in parte apicali spinulosis: tibiis intermediis spina longa apicali armatis.

♀. Oviductum duplo brevius abdomine.

Sp. — **maculifrons** n. *Long.* mill. 8.

♀. Luteo-testacea, frontis macula rotunda antica; occipitis supera, et epistomii marginali, nigris.

Thorax niger, humeris, vittis tribus dorsualibus posterioribus, pleurarum fascia integra obliqua, et metathoracis macula laterali luteo testaceis: scutello luteo, macula lata trigona intermedia ad basim.

Abdomen testaceo-lutescens basi anguste, et apice oviducti nigris.

Alae in quarta parte apicali, et taenia transversa a costa ultra venam quintam descendente, postice in fuscedine expansa, venam transversam intermediam includente, nigricantibus: areola stigmatica dilute fusco-lutea.

Pedes luteo-testacei, tibiis et tarsis praesertim anterioribus obscure fuscis: femoribus anticis spinula brevi unica, posticis 3. 4., intermediis circiter duodecim biseriatis in parte apicali praeditis inferne. — *Halteres* lutei.

Gen. **Prosyrogaster** n. (Sectionis *Adapsiloidorum*).

Characteres plures praebet gen. *Adapsiliae* Waga, scilicet: *Ocelli* nulli; *Antennae* articulo penultimo elongato: *Facies* paulo inclinata, nuda, tricarinata et praecipue:

Abdomen faeminae oviducto terminante crassissimo, longissimo et magnam partem abdominis constituente: et prae ceteris statim distinguendus.

Antennarum articulo secundo longitudinem tertii vix aequante, non duplo circiter longiore; et *scutelli* margine setis 6-8 instructo, non quadrisetoso tantum etc.

Sp. — **chelyonothus** n. *Long.* mill. 9.

♀. *Caput* rufescens, palpis et articulo ultimo antennarum obscure rufis; fronte antice nigricante.

Thorax luteus, maculis parvis pluribus in medio dorsi, et metathorace nigricantibus.

Abdomen ferrugineum, nigro-pilosum, segmento basali subcyatiforme, sequentibus quatuor transversis, gradatim angu-

stioribus: oviducto magno, longo, subtus incurvo, sensim attenuato, nigro-piloso, basi nigricante maculato.

Alae sub-limpidae, areola stigmatica lutescente macula fusca posteriore: venis longitudinalibus tertia et quarta ad apicem, et venis transversis ordinariis dilute fusco-limbatis.

Pedes femoribus rufis ferruginei vittatis; tibiis ferrugineis, paulo latis et compressis; tarsis articulis ultimis lutescentibus, metatarso obscuriore etc.

Stirps. TANYPEZINAE, Rndn.

Gen. **Nothybus** n.

Arista plumata: *Antennae* breves, articulo penultimo ad apicem latiusculo.

Caput nudum, fronte tantum et vertice paucisetosis: oculis magnis; organis oris parvis, retro positis.

Thorax antice sat elongatus, sensim attenuatus; metathorace in gibbam elevato ultra scutellum; isto quatuor setoso.

Alae venis longitudinalibus 4.ª et 5.ª non convergentibus: prima et secunda breves sat ante transversam intermediam costali conjunctis: transversa exteriore valde remota ab intermedia.

Areolis basalibus duabus aeque longis, posteriore latiore et apice nec concavo, nec angulo infero producto. — Abdomen angustum, thorace non longius.

Pedes longi, graciles, nudi.

Sp. — **longithorax** n. *Long.* mill. 11.

Fulvo-rufescens: *Antennarum* articulo ultimo fere toto; macula quadrata epistomii, ovata transversa verticis, et duabus frontis anterioribus rotundatis, postice prope oculos in lineam elongatis, nigris.

Thorax inferne fulvus, superne rufus, linea longiuscula ad unumquodque latus, longitudinali, nigricante.

Abdomen basi rufescente, parte mediana nigricante ferru-

ginea, nitida, segmento ultimo atro opaco, organis analibus fulvescentibus.

Alae dilutissime sub-flavidae, basi et costa saturatius flavis, parte apicali fusca: vena transversa exteriore obscurius limbata.

Pedes, femoribus fulvis, tibiis tarsisque nigris, metatarsis tantum anticis, apice excepto, albidis.

Gen. **Tanipoda** Rndn. 1856 (Prodr. Dipt. It. I).

Calobata prtm. Fab.

Distinctum praecipue notis sequentibus.

Arista nuda vel subnuda, non distincte pilosa.

Alarum venis duabus primis plus minusve seiunctis non in unica omnino confusis: quarta et quinta ad apicem proximis vel subcontiguis, non connexis: areolis duabus basalibus distinctis, posteriore angulo apicali infero etiamsi acuto non elongato etc.

Sp. typ. Europea *Cal. calceata* Fall.

Sp. — **strenua** Wlk. *Long.* mill. 10.

« Nigra, sat valida, capite antico nigro cyaneo, thorace sub-cinereo, femoribus mediis flavo-unifasciatis, posticis flavo bifasciatis, tarsis anticis albis; alis subcinereis fascia lata fusca apice subfuscescentibus, halteribus piceis ».

Sp. — **caligata** n. *Long.* mill. 14.

♀. Nigra, *capite* cyanescente, plaga media frontali nigra opaca, genis, orbitis, et areola ante verticem paulo albo-nitentibus.

Abdominis incisurae anguste albidae, ventre in faemina inflato rufescente, terebra longa ut tria ultima segmenta abdominis, et basi sat crassa.

Alae fuscescentes, fascia transversa fusciore, plaga ante apicem et margine posteriore basali sublimpidis.

Halteres capitulo nigricante, stipite luteo.

Pedes antici, femorum ima radice lutescente et tarsis al-

bidis: postici femoribus ad basim annulo angusto et in parte apicali annulo obliquo latiore pallide luteis, tibiis propriis medietate apicali, apice excepto, et tarsis totis albidis. (Pedibus intermediis caret).

(*Nota*). Praeter duas *Tanipodas* praecedentes, exemplaria duo observavi speciebus distinctis, sed isto generi spectantia: tamen incompleta et non nisi imperfecte describenda: ideo eorum notas aliquas tantum refero, quibus ab aliis congeneribus interim distinguenda.

Sp. — **luteilabris** n. *Long.* mill. 7.

♀. Nigra, *capite* partim cyanescente, facie, epistomio, buccula et palpis luteis.

Abdomen non distincte ad suturas albidi lineato, ventre nigro.

Alae limpidae, fascia transversa et apice fuscis.

Halteres capitulo nigro, stipite pallido.

Coxae anticae extrinsecus nivei nitentes. (Pedibus caret).

Sp. — **cubitalis** n. *Long.* mill. 10-11.

♂. Niger, *capite* ut in sp. *caligata.*

Thorax sub radicem alarum lineam perpendicularem albidam praebet, sat exilem.

Alae dilutissime subfuscae, fascia transversa et apice obscurioribus.

Abdominis segmenta linea exili albicante ad suturas cincta.

Halteres lutei toti.

Coxae anticae rufescentes, ut femora pedum intermediorum: ista annulo lato apicali nigricante, et altero fusco angusto anteriore; tibiis propriis luteo sub rufis, basi late nigricante etc. (aliis pedibus caret.).

Gen. **Nerius** Fab.

Sp. — **fuscus** Wdm. =? *falanginus* Dolsch. — *Long.* mill. 8-10.

« Niger, *capite* angusto elongato; *antennis* fusco-rufis caput longitudine aequante: *thorace* antice angustato: *pedibus* longissimis nigris; *alis* infuscatis *abdomine* multo longioribus ».

Stirps. DIOPSIDINAE, Mihi.

Species plures *Diopsidibus* affines detectae, sed notis variis sat diversae, subfamiliae hujus institutionem petunt, quae praecipue distincta erit, charactere communi capitis ad latera in pedunculos ocelliferos sat aut valde producti.

Nota ista tamquam distinctiva stirpis adoptata, nonnulla genera alibi sparsa, in eadem includere oportet, inde sic eam compositam propono.

A. *Alae* areola basali unica elongata; anteriore aliquando incompleta adest.

Thorax aculeis quatuor vel duobus armatus.

B. *Antennae* oculis subcontiguae, non in medio frontis sitae.

C. *Thoracis* aculei quatuor: *scutelli* duo.

Gen. **Teleopsis** mihi.

Sp. typ. — **Diopsis Sykesii** Gray.

CC. *Thoracis* aculei duo; *scutellique* duo.

D. *Aculei* scutelli sat longi et validi, seta nulla terminati.

Gen. **Diopsis** Lin.

Sp. typ. — **D. Ichneumonea** Lin.

DD. *Aculei* scutelli breviusculi et graciliores, seta plus minusve longa terminati.

E. *Petiolus* ocularis longus et exilis.

Scutelli appendices mediocriter elongatae, seta terminali subaeque longa.

Gen. **Diasemopsis** mihi.

Sp. typ. — **Diopsis aethiopica** Rndn.

EE. *Petioli* oculares breves et crassi.

Scutelli appendices breves seta apicali longissima.

Gen. **Hexechopsis** mihi.

Sp. typ. — **Diopsis Beccarii** Rndn.

BB. *Antennae* in medio frontis sitae longe ab oculos.

Gen. **Sphyracephala** Say.

Sp. typ. — **Diopsis brevicornis** Wdm.

AA. *Alae* areolis basalibus duabus completis.

Thorax inermis.

F. *Antennae* oculis sub-contiguae.

Scutellum aculeis duobus armatum.

Gen. **Zygocephala** mihi.

Sp. typ. — **Diopsis Hearsejana** Wdm.

FF. *Antennae* in medio frontis, longe ab oculos sitae.

Scutellum inerme.

G. *Arista* antennarum plumata.

Gen. **Zygotricha** Wdm.

Sp. typ. — **Achias dispar** Wdm.

GG. *Arista* nuda.

H. *Alae* margine posteriore basale trilobato.

Pedes nudi.

Gen. **Plagiocephala** Macq.

Sp. typ. — **Achias lobularis** Wdm.

HH. *Alae* margine posteriore integro.

Pedes setigeri.

Gen. **Achias** Fab.

Sp. typ. — **A. oculatus** Fab.

Gen. **Teleopsis** mihi.

Diopsides continet *Sykesii* Gray; *Wiedmanni* Wstw.; *erythrocephala* Klg.; *arabica* Wstw.

Quibus adde duo sequentes.

Sp. — **breviscopium** n. *Long.* mill. 7.

Nigro-nitens, subnudum, *buccula* rufescente.

Petioli oculares longitudinem aequantes capitis et thoracis conjunctim: spinula instructi fere aequidistante a capite et ab antennis: apice summo retro oculos mutici.

Thoracis aculei longi et validi, subcontorti.

Alae basi et maculis tribus rotundatis discoidalibus limpidis, transversim dispositis, intermedia interiori: apice dilute fusco, fasciis duabus transversis in medio, et vitta parva ad apicem areolae basalis fuscis, fascia exteriore magis obscura. — *Halteres* pallidi.

Pedes antici coxis et femoribus rufis, istis summo apice

et tibiis totis nigris, tarsis basi testaceis apice luteis: posteriores femoribus late ad basim testaceis, partim apice, et tibiis piceis; tarsis luteo-testaceis.

Sp. — **longiscopium** n. *Long.* mill. 5.

Ater nitens subnudum; *buccula* rufescente.

Petioli oculares longissimi, corpore toto, et alis expansis longiores, spinula tuberculiforme instructi cujus distantia ab oculis circiter tripla distantiae a capite.

Scutelli aculei magni et sub-contorti ut in sp. praecedente.

Alae pictae circiter ut in praecedente, sed maculae limpidae disci duae tantum distinctae, costalis, et marginalis postica; quia interposita subdeleta.

Pedes etiam colorem praebent *T. breviscopii*, sed femora antica manifeste exiliora, et coxis propriis piceis non rufis etc.

Gen. **Diopsis** Lin.


Sp. — **latimana** n. *Long.* mill. 8.

Corpus undique piliferum, pilis sparsis: piceo-nigricans, capite, pedibus partim, abdominis basi rufis: scutello et margine posteriore thoracis lutescentia pallida indutis.

Petioli oculiferi capite et thorace sat longiores, seta, seu spinula exili sub-intermedia capite et oculis: apici setula nulla praediti prope oculos.

Aculei thoracis sat validi, piliferi, et paulo contorti.

Alae late transversim fusco bifasciatis, apice summo et vitta contra apicem areolae basalis, pariter fuscis: fasciae duae majores fuscae sejunctae a fascia limpida irregulari sed continuata, maculis tribus confluentibus instructa: plaga sub-apicali limpida ad marginem posteriorem non producta.



(1)

Pedes antici (fig. 1), coxis et femoribus rufis, istis apice et tibiis totis nigris: tarsis albicantibus, metatarso sub-depresso et extrinsecus dilatato, apice nigro: posteriores picei obscuri,

femoribus basi sub-rufis, tarsisque lutescentibus: femora intermedia ante apicem distincte incrassata. — *Halteres* albidi.

(*Nota*) A *D. attenuata* Doleschallii statim dignoscenda structura et colore tarsorum anticorum; crassitie sub-apicali femorum intermediorum, pictura alarum etc.

Sp. — **lativola** n. *Long.* mill. 6.

Corpus magis rufescens quam piceum, undique et sparsim piliferum ut in praecedente, cui similis etiam, aculeis scutelli sat validis; pictura alarum; tarsorum anticorum forma et colore, metatarso scilicet depresso, et apici dilatato et nigro, basi articulisque quatuor ultimis albidis; quibus characteribus aequalibus, ut sexus alter *albimanae* faciliter consideranda, tamen specifice diversa videtur; statura distincte minore: corporis colore magis rufescente quam piceo-nigricante: petiolis oculiferis sat brevioribus, vix capitis et thoracis longitudinem aequantibus, et setula apicali ad oculos superne praeditis; femoribusque intermediis non, aut vix prope apicem crassioribus etc.

Speciebus etiam *quinqueguttatae* et *quatuorguttatae* Walkerii proxima, sed a prima difert; alarum plaga limpida subapicali nec margini posteriori, nec apici extensa: fascia limpida praecedente integra, maculis tribus confluentibus instructa, non discretis: spinula in petiolis oculiferis sub-aeque distante ab oculis et a capite, non ab isto magis remota etc. A secunda diversa apparet: corpore pilifero, non subnudo: fascia limpida discoidali exteriore integra non in medio interrupta etc: tandem: ab illa et ista subito dignoscenda metatarsi structura, et colore in pedibus anticis.

Fam. DOLICHOPIDAE, Leach.

Gen. **Psilopus** Mgn.

Sp. — **villipes** n.

Species a congeneribus pluribus vel uno vel altero charactere sequentium distincta.

Thorax ut *Caput* viridi-cyanei versicolor: facie albo-sericeo nitente: *palpis* luteis: *antennis* nigris; pleuris paulo albicantibus: *scutello* cyaneo.

Abdomen viridi metallicum incisuris exiliter nigricantibus: organis copulatoriis nigris. — *Alae* limpidissimae.

Pedes postici toti nigri; anteriores femoribus nigris, tibiis luteis apice anguste nigricante, tarsis articulo primo luteo, sequentibus obscure fuscis: femoribus omnibus extrinsecus paulo metallicis, et inferne albo-pilosis.

Fam. EMPIDAE, Leach.

Gen. **Hybos** Fab.

Sp. — **brachialis** n.

Niger, *pedibus* rufis, tibiis tarsisque anticis nigricantibus: *femoribus* posticis sat incrassatis et elongatis, omnibus subtus pilis, raris longiusculis, praeditis.

Alae sub-limpidae, in radice et paulo in costa dilute fusco-luteae, macula obscure-picea, sub-ovata, costali, ad apicem venae longitudinalis primae.

Fam. ASILIDAE, Leach.

Stirps. DASYPOGONINAE, Rndn.

Gen. **Microstylium** Macq.

Sp. — **indutum** n. *Long.* mill. 24-25.

♂. Ater, *facie* albicante sub-lutea, sericea, et *abdomine*, basi excepta, flavescentia in dorso tecto.

Antennae articulo primo inferne, secundo etiam superne rufis (tertio caret), primo supra piceo. *Palpi* rufescentes longe nigro-pilosi: mistace et barba atris.

Alae in parte basali anteriore fulvo-rufae, intermedia luteo-albicante, posteriori sublimpida: apice late infuscato, fuscedine in costae limbo et in margine posteriore aliquantulum decurrente. Venis longitud: 6. 7 conjunctis ante areolam dicsoidalem.

Pedes nigro-picei, tibiis anterioribus rufescentibus, posterioribus cum tarsis omnibus fusco-rufis.

Sp. — **vestitum** n. *Long.* Mill. 25-26.

♂. Simile et proximum praecedenti, colore corporis atro, facie sericeo-albida sub-lutescente, abdomine, basi excepta superne flavescentia tecto etc: tamen distinctum:

Antennis etiam articulis basalibus nigris, et *palpis* etiam nigris non rufescentibus.

Alis totis fusco-fumosis, sed parte basali fusciore, radice et costa nigricantibus: areolis duabus basalibus intus partim sublimpidis: venis longitudinalibus sexta et septima simul orientibus ab apice areolae discoidalis non extra conjunctis.

Pedibus atris, tibiis vix sub-rufescente fuscis.

Stirps. LAPHRIINAE, Rndn.

Gen. **Laphria** Fab. (1).

Sp. — **barbicrura** n. *Long.* mill. 14-15.

♂. Nigra, abdomine in parte apicali paulo violacei versicolore: faciei pubescentia et barba fulvis, mistace setis exilibus nigris, longis, non crebris instructo.

Antennae totae nigrae.

Thorax sub humeris lineola lutea signatus; pleuris vix grisescentibus.

Alae tertia parte basali sublimpidae, extra nigrae; venis omnibus atris.

Abdomen ventre et lateribus pallide lutei pilosis. — *Halteres* rufi.

Pedes tibiis omnibus intus nigro-barbatis: quatuor posterioribus et tarsis omnibus setas exiles paucas ferentibus: quatuor anterioribus pubescentia fulva extrinsecus praeditis:

(1) *Gen. Lampria* Macq: a *Laphria* Fab. distinguendum, non crassitie femorum posticorum sat variabile, sed praesentia in iisdem denticulorum ad radicem et ad apicem inferne.

Sp. typ. *L. clavipes* F.

femoribus quatuor anterioribus supra et subtus fulvo-villosis: posticis, inferne nigro, superne fulvo pilosis.

Femora postica sat incrassata.

Sp. — **fulvicrura** n. *Long.* mill. 9-10.

♀. Nigra, facie pallide flavo-sericei tomentosa; barba et mystace albis, isto pilis aliquibus majoribus fuscis et flavidis superne munito. — *Antennae* nigrae.

Thorax superne cum scutello atomis rufis adspersus; pleuris pectore et coxis albo nitentibus.

Abdominis incisurae albae, posticis exilioribus.

Alae dilute fuscae, areola stigmatica nigricante, basi sub-limpida, radice lutescente.

Pedes femoribus omnibus albo-pilosi, praesertim inferne: tibiis luteo-fulvis apice plus minusve nigricante, pallide lutei villosis et pubescentibus non sat dense: tarsis nigris nigro setulosis, anteriorum metatarso basi paulo rufescente.

Halteres capitulo albido, stipite lutescente.

Femora postica distincte crassiora.

Sp. — **seticrura** n. *Long.* mill. 7-8.

♂. Nigra, facie albo-sericei tomentosa; mistax setis longis et brevibus nigris instructus, barba brevi et inope, pallide fulvescente.

Thoracis dorsum, humeris et vittis duabus anterioribus, oblique tantum observatis paulo apparentibus, rufo-sericeis: pleuris, pectore, et coxis albidi adspersis.

Abdomen nitidum, segmentis posterioribus obscure rufo-piceis.

Pedes atri, pubescentia pallide lutea intus paulo vestiti, tibiis et tarsis omnibus setis longis, paucis, nigris extrinsecus munitis, ad tibias intermedias manifeste validioribus.

Halteres pallide testacei.

Femora postica modice incrassata.

Alae medietate circiter apicali nigricante, basali limpida, venis nigris, ima radice paulo lutescente.

Gen. **Pogonosoma** Rndn. 1856. Wulp. Schin.

Ab aliis Laphriinis distincta, venis alarum longitudinalibus tertia et quarta, a venula transversa conjunctis.

Sp. — **Beccarii** n. *Long.* mill. 16-17.

♀. Nigricans, facie et genis albicantibus et albo-pilosis; mystace nigro; barba alba.

Antennae ut palpi nigrae.

Thoracis dorsum, margine, scutelli basi et taeniis duabus transversis ad unumquodque latus, anticis incurvis, dilute cinerascentibus: pleuris et pectore albidi aspersis et cano-pilosis. — *Halteres* pallide testacei.

Abdomen segmentis quatuor primis nigricantibus; tomento vix antice observato perspiciendo, rufo, tectis: ultimis cum oviducto laete rufis et fulvo pubescentibus.

Alae basi et parte posteriore limpidis, parte anteriori a medio ad apicem fusca: areola stigmatica nigricante.

Pedes nigri, quatuor anterioribus cano-pilosis, posticis pilis pallide fulvis praeditis: omnibus setulis exilibus paucis instructis, nigris.

Femora postica non manifeste, aut vix crassiora.

Stirps. ASILINAE, Rndn.

Gen. **Ommatius** Illg.

Sp. — **taeniomerus** n. *Long.* mill. 11-12.

Nigricans: facie pallide sub-aurei nitente: mistace albo, setis aliquibus nigris cincto: barba albicante. — *Antennis* cum arista nigris.

Thorax pleuris et signaturis dorsualibus griseis. — *Halteres* stipite pallido, capitulo fusco.

Abdomen incisuris pallide luteis.

Alae fuscescentes, parte apicali fusciore, et costa in medietate exteriori exiliter nigricante.

Pedes quatuor anteriores fulvescentes, femoribus vitta nigra supera signatis, tarsisque nigricantibus, metatarsorum basi

excepta: duo postici nigri, femorum et tibiarum basi fulvescente; tibiis intus cum tarsis sub-aurei tomentosis; omnes parce nigro-setosi.

Sp. — **conopsoides** WDM. *spathulatus* DOLESC. var.?

♂. « Niger; facie alba; *Thorax* nigro-fuscus vitta lata atra, incisuris pectoreque canis: *abdomen* clavatum, segmentorum marginibus posticis canis, apice rufescente. *Alae* cinereae, apud costam fuscescentes, dimidio basali postico sub-limpido » WLK. (Var.).

» Flavidus: facie alba; antennae nigrae: Thorax nigro-vittatus; abdomen nigrum marginibus late canis: femora nigra: tibiae fulvae; alae sub-flavescentes, ad costam fuscescentes. WLK. (typ.).

» Tibiis rufis apice nigro » (Spitze schwartz Wdm.).

Sp. — **signinipes** n. *Long.* mill. 12.

Proximus *pingui* et *rubicundo* WULP. sed notis aliquibus sequentium, ab illo aut isto diversus.

♀. *Frons* et *facies* pallide sub-aureae, mistace pallidissime sub-lutescente, setis longis octo nigricantibus, superne cincto; barba alba.

Antennae articulis, duobus primis rufis, ultimo et arista tota inferne ciliata, nigris.

Thorax cervinus, dorso nigricante, nigredine fascia lata intermedia, et maculis duabus utrinque positis sub-connexis instructa: metathorace postice nigricante.

Abdomen nigricans, lateribus pallide pilosis, et incisuris albidis.

Alae in parte anteriore et apicali dilutissime fuscescentes; costa exilissime nigricante in parte apicali; margine posteriore ad basim sub-limpida:

Halteres luteo testacei.

Pedes fulvo-testacei: femoribus posticis late, intermediis anguste ad apicem nigricantibus: tibiis extrinsecus tantum in parte apicali fusco-nigris; tarsis articulo primo fere toto

testaceo, sequentibus nigro-piceis; tibiis et tarsis posticis intus aurei tomentosis, ut anticarum apex: omnibus parce nigro-setigeris.

Gen. **Lecania** Macq.

Ab *Asilo* prae ceteris distinguendum, *arista* antennarum triplo aut ultra longiore articulo ultimo, et apice paulo dilatata.

Sp. — **tabescens** n. *Long.* mill. 16.

Facies albo sericea, mistace et barba albis.

Antennae articulis duobus primis et basi tertii luteis, apice cum arista nigricante ferrugineo: istius pars apicalis extrema vix crassiuscula.

Thorax griseo-lutescens, dorso fusco, pleuris albidi nitentibus.

Abdomen nigricans, basi lutescente, suturis segmentorum albidis, et ubique pallide pilosum.

Halteres lutescentes, capitulo nigro-notato.

Alae sub-limpidae, apice et margine posteriori partim fuscis.

Pedes luteo-flavidi, geniculis quatuor posteriorum infuscatis; tibiis posticis in parte apicali extrinsecus nigricantibus, intus cum tarsis fulvo sericei tomentosis: femoribus praesertim anticis subtus pallide villosis, tibiis anticis intus cum tarsis fulvo tomento tectis, et postice pallide villosis: omnibus parce nigro-setigeris.

Gen. **Asilus** Lin.

Sp. — **minusculus** (*) n. *Long.* mill. 5.

♀. Nigricans: facie albo-sericea, mistace albido, setis aliquibus nigricantibus superis; barba alba. — *Antennae* nigrae (arista deest).

Thorax postice cum metathorace et scutello paulo rufescente piceus.

Abdomen nigro-nitidum, parce et breviter setulosum.

Halteres lutei, capitulo partim fusco.

Alae sub-limpidae, in parte exteriori late sed non obscure fuscescentes; costa in parte apicali exiliter nigricante.

Pedes cum coxis pallide testacei, parce nigro-setulosi, setis aliquibus tibiarum intermediarum interius sat longioribus: geniculis summis nigricantibus: tibiis basi pallidioribus; tarsorum omnium et tibiarum apice saturatioribus etc.

(*) Generi *Asilo* dubitanter adscribendus, quia arista caret; cujus forma vel *Ommatiis* vel *Lecaniis* pertinere potest.

Gen. **Trupanea** Schr. Macq. Wlk. Rndn.

Promachus Lw. Wulp.

Sp. — **albo-pilosa** n.

♀. Nigra, faciei lateribus, epistomio, thoracis et abdominis marginibus, pedibusque albo-pilosis: *Mistace* toto nigro. *Abdomine* nigro nitido paulo coerulescente, oviducto atro. *Thorace*, basi *scutelli* et *genis* paulo grisescentibus.

Alae parte basali sub-limpida, apicali infuscata, praesertim in margine antico intermedio.

Halteres nigri, ima basi stipitis lutescente.

Antennarum articulus ultimus deest, sed venarum alarium dispositione, et aliis notis, *Trupaneis* Macquartii referenda.

Fam. BOMBILIDAE, Leach.

Gen. **Exoprosopa** Macq.

Sp. — **pennipes** Wdm.

« Nigra, *abdomine* sub-metallico; *alis* nigris, apice limpido; *tibiis* posticis pennatis » Wdm.

Gen. **Hyperalonia** Rndn. 1863 (Dipt. Exot.).

Distincta praecipue ab *Exoprosopa*, areolis submarginalibus alarum quatuor non tribus: scilicet vena longitudinali quarta, extra radicem, conjuncta tertiae et quintae venulis duabus transversis, non unica tantum quintae connexa.

Sp. — **tantalus** Fab.

« Major *ottentotta*. *Caput* flavescens: *Thorax* fuscus pilis densis fulvis inprimis ad latera tectus: *Abdomen* nigrum, primò segmento lateribus fulvo hirto, et in medio fascia distincta alba, subtus basi album: *Pedes* nigri » Fab.

« Nigra rufo hirta; abdomine atro, fascia maculisque quatuor niveis; alis fuscis » Wdm.

Sp. — **oenomaus** n. *Long.* mill. 18.

Nigra: thorace antice etiam inferne, lateribus et fascia pleurarum fulvo hirtis: facie et peristomio fulvo-aspersis; scutello piceo limbo fulvo-piloso.

Abdomen ad basim lateribus fulvo hirtis; in ventre plaga intermedia fulvo-lutei tomentosa: segmento tertio ad basim superne albo fasciato, fascia in medio angustiore; segmentis duobus ultimis ad latera albo-vittatis.

Alae circiter medietate anteriori nigricante, posteriore limpida: nigredine basi latiore et sensim extrinsecus attenuata.

Halteres nigricantes.

Pedes atri vix brevissime spinulosi.

(*Nota*) a speciebus *ventrimacula* et *flaviventre* Dolesch. distinguenda: absentia fasciae albidae segmenti primi abdominalis; et alarum costa late non anguste nigricante etc.

Gen. **Anthrax** Scop.

Sp. — **carbo** n. *Long.* mill. 8.

Atra, *thoracis* lateribus paulo lutei pilosis, praesertim antice: apertura anali et organis copulatoriis parvis rufescentibus.

Alae tertia parte circiter basali atra, margine exteriore nigredinis obliquo, sed non distincte sinuoso: parte tota sequente limpida: gutta in nigredine observanda, sublimpida ad basim venae longitudinalis octavae.

Halteres capitulo pallide luteo sub-albido, et stipite fusco.

Pedes nigri, tibiis et metatarsis fusco-piceis, vix brevissime setulosi.

Fam. STRATIOMYDAE, Halid.

Gen. **Sargus** Fab.

Sp. — **longipennis** Wdm. *Long.* mill. 10.

« Obscure aeneus; abdomine ferrugineo-fasciato: alis apice fuscis » Wdm.

♀. *Antennae* fulvescentes; fronte in gibbam breviter subconicam pallide luteam subhyalinam elevata. — *Scutellum* lutei cinctum.

Pedes fulvescentes tibiis posticis nigris, tarsis propriis albicantibus, ima radice nigra etc.

Sp. — **leoninus** n. *Long.* mill. 12-14.

♂. Totus fulvo-rufescens; *abdominis* segmento ultimo cum organis copulatoriis nigro; *thoracis* dorsi disco ferrugineo; tibiis posticis parte apicali fusca, tarsis propriis nigricantibus.

Alae in medietate basali antica flavo-fulvescentes, postica fuscae: apicali nigricantes, antice fusciores.

Halteres stipite luteo capitulo fusco.

Sp. — **brevipennis** n. (*) *Long.* mill. 11-12.

♀. *Caput*? *Thorax* lutescens, vitta supera, macula pleurarum, et altera metathoracis nigris utrinque notatus. — *Abdomen* luteo-flavicans fasciis quinque transversis et segmentis duobus apicalibus nigris. — *Alae* vix paulo tinctae, areola stigmatica lutea.

Pedes 4 anteriores toti pallide lutei: postici, tibiis totis, striga infera femorum, et tarsorum albicantium basi nigris.

Halteres stipite luteo, capitulo fusco.

(*) Dubitanter Gen. *Sargo* adscriptus, quia articulis ultimis antennarum caret; et incompletus.

Gen. **Chrysochlora** Latr.

Sp. — **baccoides** n. (*) *Long.* mill. 17. 18.

♀. Nigro-nitida, fronte et thoracis dorso paulo coerulescentibus: facie flavida: antennarum articulis primis luteis (tertio carent).

Thorax, lateribus, pleuris partim, et metathorace, tomento fulvo sub aureo tectis: scutelli margine, et thoracis angulis posterioribus lutescentibus.

Abdomen elongatum subclavatum, lateribus ad basim pallide pilosis: segmento primo pallide lutescente, postice superne nigro bimaculato: secundo longo, angusto, ad basim late et apici minus lutescente: tertio postice ; quarto ad latera, quinto ad apicem rufescentibus. — *Halteres* lutei, capitulo fusco-obscuro.

Alae dilutissime sub fuscae, areola stigmatica lutea.

Pedes pallide lutei, femorum posticorum medietate apicali nigra.

(*) Quamvis exemplar a me observatum articulo tertio antennarum destitutum sit, gen. *Chrysochlorae* adscribendum esse puto, praecipue venarum alarium dispositione considerata; nam quatuor istarum in spatio sub-apicali decurrentes, omnes ut in gen: Latreilleano, ab areola discoidali oriuntur, non ut in *Sargis* et aliis generibus, quarta postica areolae ab apice basalis secundae exeunte.

Fam. TABANIDAE, Leach.

Gen. **Tabanus** Lin.

Sp. — **justorius** n. *Long.* mill. 15-17.

♀. Corpus atrum: *fronte* fusco-grisea, callo lineari atro nitido: *facie* albida.

Antennae nigrae. — *Palpi* obscure fusci.

Thorax, praesertim ad pleuras, albo-pruinosus.

Alae nigricantes, areolis duobus basalibus in medio, et vitta sub venam tertiam longitudinalem fere limpidis: costa nigriore; vitta stigmatica atra: vena quarta longitudinali intus appendiculata. — *Halteres* nigricantes, capitulo extra late albicante.

Abdomen atrum, segmentis postice albo fasciatis, fasciis in medio dorsi paulo dilatatis: ventris fasciis quatuor transversis albis. — *Pedes* toti nigri.

Sp. — **albo-scutatus** n. *Long.* mill. 14.

♀. *Antennae* nigrae, articulis duobus primis inferne rufis, tertio distincte dentato.

Frons ferruginea, callo lineari rufo.

Facies ut *palpi* albo-sub lutescens pallide lutei pilosa.

Thorax dorso fusco coriaceo, lateribus luteo-pilosis; pleuris et pectore grisescentibus; scutello albo.

Abdomen ferrugineum; segmentis tribus vel quatuor ultimis obscurioribus, omnibus postice flavidi anguste limbatis: serie dorsuali intermedia punctorum albicantium.

Alae extra medium nigricante fasciatae, fascia lata, postice abbreviata: costa et radice fusco lutescentibus; apice sub-limpido. — *Halteres* lutei.

Pedes femoribus nigricantibus; tibiis anticis basi angustius, posterioribus fere totis rufescentibus : tarsis omnibus fusco-nigris, posteriorum basi sub rufa.

Sp. — **pauper** n. *Long.* mill. 20.

♀. Obscure fuscus: fronte sub-lutea, callo lineari rufo-piceo.

Antennae fusco-rufae, apice et articulis primis partim nigricantibus.

Caput antice et inferne albidum et albo-pilosum; *palpis* pallidis nigro-brevissime hirtuli.

Thorax dorso, cum scutello, sub-coriaceo fusco-vittato: pleuris et pectore grisescentibus.

Abdomen fusco-luridum, dorso serie intermedia punctorum albicantium, tamen obsoleta: segmentis postice lutei brevissime ciliatis, in ventre ciliis albidis distinctioribus.

Alae dilute fuscescentes, venis fusco-lutescentis limbatis, costa fusciore, vitta stigmatica ferruginea.

Pedes femoribus anticis nigris, tibiis propriis basi late rufescentibus: femoribus posterioribus nigricante-piceis, tibiis rufis, tarsis anticis totis nigris, posteriorum basi rufescente. — *Halteres* rufescentes, capitulo pallide sub-luteo.

Sp. — **ignobilis** n. *Long.* mill. 15-20.

♀. *Antennae* fusco-rufae. — *Frons* fulva callo lineari rubescente.

Facies alba albo-pilosa. — *Palpi* pallidissime lutei, nigro-hirtuli.

Thorax dorso obscure rufo, vittis fuscioribus: pleuris et pectore albicantibus et albo-pilosis.

Abdomen fusco-rufescens, in dorso atomis nigris, praesertim postice adspersum: segmentis margini posteriori anguste pallidis; vitta maculari intermedia albicante: ventre fusco-rufo segmentis postice pallidi marginatis et brevissime albo-ciliatis.

Alae sub-limpidae, costa fusco-lutescente, vitta stigmatica fusciore.

Calyptra ferruginea; *Halteres* capitulo flavido, stipite rufo.

Pedes fusco-rufi; anticorum femoribus et tibiarum apice, tarsisque omnibus nigricantibus.

Sp. — **dives** n. *Long.* mill. 15-20.

♀. *Antennae* nigro-piceae.

Caput fulvescens; fronte saturatiore, callo lineari nigro-piceo, vel rufo-piceo; inferne pallide lutei pilosum.

Palpi pallidi, brevissime nigro-hirtuli.

Thorax dorso cum scutello sub-coriaceo, fusco-vittato; pleuris et pectore griseo-lutescentibus et pallide lutei pilosis.

Abdomen fulvo vel fusco-rufescens tomento laevissimo fulvescente tectum, et atomis nigris plus vel minus adspersum: vitta maculari intermedia pallidissime fulva: ventre fulvo-puberulo, in medio serie macularum fuscarum, nunc magis nunc minus latis et distinctis: pubescentiae colore fulvo vel magis vel minus intenso.

Alae dilute fusco-lutescentes, costa saturatiore, et vitta stigmatica magis obscura.

Pedes nigricante-picei, tibiis late ad basim rufescentibus, et posterioribus saepe totis vel fere totis.

Calyptra nigricantia. — *Halteres* stipite rufo, capitulo pallide luteo, apice albicante.

Sp. — **fulvissimus** n. *Long.* mill. 20.

♀. Corpus fulvo-rufescens, unicolor: fronte fusco-fulva callo lineari rufescente nitido: facie pallidiore.

Antennae ut *palpi* rufae.

Thoracis dorsum fusco-rufescens; pleuris et pectore fulvi tectis et pilosulis.

Abdomen segmentis postice ciliis brevibus fulvis marginatis, superne; ventre segmentis basi obscure rufis, apici plus vel minus pallidioribus.

Alae dilute fusco-flavidae, radice et costa fulvis.

Calyptra fusco-rufa. — *Halteres* rufescentes capitulo pallido.

Pedes ferruginei, coxis fulvescentibus, tarsis nigro-piceis.

Sp. — **variegatus** n. *Long.* mill. 14.

♀. *Antennae* articulis duobus primis et basi tertii fulvescentibus, apice nigricante.

Frons griseo-lutescens, antice pallidior, callo lineari, rufo nitido; capite antice et inferne albido et albo-piloso: *palpis* pallidissimis, nigro-hirtulis.

Thorax dorso obscure fusco, lateribus, angulis posterioribus, et scutelli margine rufescentibus: pleuris grisei adspersis et albidi pilosis.

Abdomen segmentis duobus primis fulvo-luteis; sequentibus, fusci nigricantis, et ferruginei variegatis; apicali nigro, vitta pallida dorsuali in segmentis quatuor ante ultimum decurrente: ventre, segmentis basi nigricantibus, vel nigro-maculatis, postice lutescentibus, tomento albido sparso, et breviter albo-ciliatis.

Alae sub-limpidae, costa lutescente.

Pedes antici nigri, tibiis ad basim late fulvescentibus; posteriores tibiis et geniculis luteo-fulvis, femoribus et tarsis plus minusve nigricantibus.

Calyptra ferruginea. — *Halteres* capitulo extra albicante, intus et stipite fusco-rufis.

Sp. — **apicalis** n. *Long.* mill. 12.

♀. Corpus fulvum, apice abdominis nigricante.

Antennae laete rufae. — *Palpi* rufescentes.

Frons inter oculos obscure fusca, callo lineari nigro-piceo; parte exteriore retro antennas fulva.

Caput antice et inferne pallide grisei lutescens et pallide pilosum.

Thoracis dorsum, cum scutello, fusco-rufescens, pleuris et pectore griseo-sub-luteis.

Abdomen, tam superne quam inferne, segmentis tribus basalibus fulvis; duobus sequentibus, praesertim basi nigricante variegatis; duobus apicalibus nigro-fuscis et fusco-pilosis; praecedentibus postice breviter pallide-fulvi ciliatis.

Alae sub-limpidae, costa fusco-lutea, versus apicem fuscedine dilatata.

Pedes antici obscure picei, posteriores fulvo-rufi, tarsis omnibus fusco-nigricantibus. — *Calyptra* infuscata.

Halteres rufi, capitulo pallide luteo, apice pallidiore.

Gen. **Chrysops** Mgn.

Sp. — **unizonatus** n. *Long.* mill. 9.

♀. *Antennae* articulo primo luteo, secundo ferrugineo, ultimo nigro.

Frons fusco-grisea callis duobus, frontali, et ocellari, nigro nitidis. — *Palpi* rufescentes.

Facies rufa, fulvo-tomentosa ad latera, et punctis duobus nigris, sub antennas, notata: barba pallide fulva.

Callo frontali, lato, postice rotundato, et ab oculis paulo remoto.

Thorax nigricans, fulvo sub-aureo pubescens, praesertim ad latera, margini postico, et sub originem alarum: scutello nigricante, ferruginei limbato.

Abdomen parte basali pallide fulvescente, apicali rufa; fascia nigra transversa unica, ad marginem posteriorem segmenti secundi. — *Halteres* ferruginei.

Alae, costa, radice, et fascia transversa sub-intermedia, lata, integra, et costa nigricantibus. — *Calyptra* infuscata.

Pedes femoribus luteis, tibiis dilatatis, tarsisque fusco-ferrugineis, intermediis pallidioribus.

Proximus *Chr. fasciato* Wiedm. et *fixissimo* Wlk., a quibus praecipue diversus, fascia unica nigra abdominali; sed si varietates intermediae inveniantur, faciliter omnes unicae speciei referendae.

Sp. — **impar** n. *Long.* mill. 7-8.

Proximus *Chr. dispari* Fabr. sed notis variis, ut in descriptione sequente, certe diversus.

♀. *Antennae* basi luteae, in medio ferrugineae, apici nigrae. — *Palpi* lutescentes.

Frons nigricans. — *Facies* nigro-picea, ad latera et in medio pallide pollinosa: callo frontali transverso, postice in medio excavato.

Thorax, cum scutello, niger, lateribus, margine posteriore, et pleuris sub radicem alarum fulvo sub-aurei pubescentibus.

Abdomen nigrum, segmento primo angusto, secundi fascia transversa in medio exili et extrinsecus dilatata, vittaque oblonga dorsuali inter secundum et tertium, luteis: segmentis ultimis paulo albo-puberulis.

Alae margine antico et fasciis duobus transversis fuscis, prima angusta prope basim, secunda, post medium, lata, et postice bifida. — *Calyptra* infuscata.

Halteres capitulo nigricante, stipite rufo.

Pedes fusco-ferruginei tarsis posterioribus basi late pallidis, anticis nigricantibus.

Sp. — **alter** n. *Long.* mill. 5.

♀. *Antennae* articulo primo rufescente, duobus sequentibus nigro-piceis.

Frons in medio anguste grisescens, antice callo amplissimo, sub-rotundo, nigro nitido, fere tota occupata. — *Palpi* rufescentes.

Facies atra nitida, anguste ad latera et sub antennas pallide pollinosa.

Thorax, cum scutello, niger, lateribus, et pleuris sub radicem alarum flavo-pubescentibus. — *Calyptra* ut *halteres* nigra.

Alae radice lutescente; costa fusca, fuscedine ad apicem expansa et dilutiore; fascia nigricante post medium alae, postice angustata.

Pedes antici nigricantes, femoribus radice excepta pallide testaceis; intermedii femoribus, summo apice tibiarum, et tarsis pallide testaceis, tibiis nigricantibus: postici nigri, annulo sub-apicali femorum, apice tibiarum et tarsis luteo-testaceis.

Gen. **Haematopota** Mgn.

Sp. — **asiatica** Wdm.

♀. « Griseo-fuscana: abdomine vitta maculari albida, incisuris et femoribus parum rubidis: praeterea.

Alae infumatae, albido pictae.

Antennae fusco-rufescentes.

Tibiae posteriores lutescentes, cingulis tribus fuscis etc. ».

Sat proxima *H. pluviali* europeae, a qua tamen sat distincta, colore fusco-rufo antennarum non atro: coxis anticis, et femoribus intermediis subrufescentibus, non nigris punctis albis alarum minutissimis etc.

Sp. — **borneana** n. *Long.* mill. 6-7.

♀. *Antennae* articulo primo fusco-luteo; secundo nigricante piceo ut pars major tertii, cujus apex articulatus ater.

Frons fusca opaca punctis duobus nigris sat minutis, et callo anteriori lato, nitido, fusco-ferrugineo.

Facies ut palpi rufescens, punctis duobus lateralibus, minutis, impressis nigris.

Thorax cum scutello superne rufus, vitta intermedia et maculis lateralibus, parum perspicuis, fuscioribus: pleuris colore pallidiore.

Abdomen basi fusco lutea, postice nigrum segmentis postice albidi marginatis.

Alae fuscescentes, costa apicem versus fusciore: albo punctatae, punctis minutis, et vitta alba sub apicali transversa notatae.

Halteres stipite albo, capitulo ferrugineo.

Pedes femoribus anticis et posticis nigro piceis, intermediis fusco-luteis: tibiis omnibus albis apice nigricante: tarsis anticis totis nigris, posterioribus basi rufescente.

Fam. BIBIONIDAE, Halid.

Gen. **Plecia** Hffg.

Sp. — **fulvicollis** Fab.

« Nigra: *thorace* testaceo: *alis* fuscis » Wdm.

« *Antennae* capite breviores: *Thorax* rufus immaculatus: *Abdomen* breve, crassum, obtusissimum: *Alae* nigrae: *Pedes* nigri » Fab.

Adde: *Alae* margine antico, versus apicem fusciore, in parte basali, costa anguste, cum radice, fusco-sub-lutea. *Scutellum* rufum. Coxae rufescentes etc.

Sp. — **tergorata** n. *Long.* mill. 4-5.

Similis *fulvicolli* Fab. sed sat distincta.

Thorace non toto, sed in dorso tantum cum scutello, rufo-fulvo.

Alis radice et costa ubique, nigrioribus, non basim versus sub-lutea.

Coxis nigricantibus, non rufescentibus etc.

A *Pl. dorsali* Macq., patria diversa, et colore alarum prae caeteris difert, nam in sp. nostra alae nigricantes unicolores, non ut in sp. africana, areolis in medio dilutioribus.

Ab *ignicolli* Walkerii etiam distinguenda praesertim, thoracis dorso toto cum scutello, non disco tantum fulvo-rufo etc.

Fam. CHIRONOMIDAE, Halid.

Gen. **Ceratopogon** Mgn.

Sp. — **agas** n. *Long.* mill. vix. 1.

♀. Corpus puberulum; *Caput* fusco-griseum, *palpis* pallide fuscis. *Antennae* totae fusco pilosae, thorace longiores.

Proboscis longiuscula, exilis, sub-acuta, inclinata.

Thorax testaceo-rufescens, opacus.

Abdomen fuscum, breve, crassum.

Alae disco et margine posteriore sublimpidis, paulo fusco-puberulae, margini antico pubescentia distinctiore et fusciore.

Pedes pallidissime fusci. — *Halteres* stipite pallido, capitulo fusco.

Nomine *agas* in terra natali vocatum, ubi animalibus variis molestum.

Exemplaria plura a me observata, lecta fuerunt in capite *Meleagridis gallopavonis*, ubi plumis denudato, cujus sanguinem turmatim sugebant: exemplaria omnia faeminea, et facilius mares non haematopoti, ut in Culicibus, Phlaebotomis, Tabanis et aliis generibus affinibus.

Fam. TIPULIDAE, Leach.

Gen. **Tipula** Lin.

Sp. — **punctifrons** n. *Long.* mill. 14.

Similis, et proxima Tipulis *praepotente* et *monochroa* Wiedm. sed ab utraque diversa, ut ex notis sequentibus.

♀. *Antennae* thorace breviores, subnudae nigricantes, articulis duobus basalibus testaceis.

Palpi articulis primis tribus obscure-fuscis, ad conjunctiones albicantibus; ultimo, seu flagello, nigro.

Frons in medio fusca, orbitis et occipite pallidis: antice ad radicem antennarum, punctis duobus nigris, impressis, notata.

Rictus basis lateribus, vitta utrinque longitudinali, et mucrone apicali fusco-obscuris; alibi subtestaceus.

Thorax dorso rufo, vittis tribus ferrugineis; pleuris, pectore et metathorace griseo-subluteis.

Abdomen dorso fusco-piceo, basi et ventre lutescentibus; laminis analibus rufis.

Alae sub-limpidae, vix dilutissime sub-rufescentes; costa anguste subtestacea; macula stigmatica fusco-lutea.

Halteres fusci, ima basi pallidi.

Pedes testacei, apice femorum obscuriore.

Gens HIPPOBOSCITI, Rndn.

Fam. HIPPOBOSCIDAE, Leach.

Gen. **Myophthiria** n.

Caput elongatum, a thorace distinctum: *oculis* lateralibus longitudinaliter elipticis.

Antennae squamiformes, setosissimae.

Alae breves, dimidium abdominis circiter attingentes, apici rotundatae et pilosae: venis longitudinalibus, praeter costalem, duabus, anterioribus, venula obliqua ad tertium circiter alae connexis, inde areolam basalem constituentibus, angulo infero appendiculatam.



Pedes validi, pilosi, unguibus trifidis.

Sp. — **reduvioides** n. *Long.* mill. 4.

Corpus nigro-piceum et nigro-pilosum: oris apertura albidi cincta.

Pedes paulo ferruginei, praesertim tarsorum color fere fusco-rufus: unguibus atris nitidis excepto dente interiori luteo.

Alae sub-infuscatae, costa saturatiore: venis crassis, nigris.

Parmae, Aug. 1875.